

A infestam animorum lætiam ingeminante. Tanta postea in his vita est modestia, ut non in media barbarie, sed in ipso Christiani orbis flore adolevisse viderentur. *Dionysius in Catech. Hist. Tom. 3. c. 5. tit. 13. de baptismo.*

Ipsio die Pentecostes anno 1599. in regno Mogor salutarius undis plurimi publice abluti sunt, solemnem ceremoniam & festo. Strata & obrecta, qua huic sacro agmini incendenda erat, ramis, frondibus & herbescente vitiditate, via plantis utrimq; & arboribus, hæc ut ratione ab estu vindicata densam opacamque sylvam referret. Egressi itaque sunt ex domo ordine composito, supplicantiumque in modum palmas manibus gestantes, Christianis utrumque latera claudentibus. Præibant varii generis musica instrumenta, tympana, tubæ, buccina, tibia, factoque gyro quodam & ambitu per stratum, & floribus confutum vicum, ad templum progressi sunt. Quibus sacerdos occurrens humeris amictu injecto, & sacro pallio eos excepit. Ad hanc pompam apparatumque solemnem huic civitati novum & insolitum, tam magna ethnicorum multitudine occurrit, ut sacerdos nesciret, quam in partem se converteret, rantisque erat strepitus, & innumurantis ac exclamantis populi fremitus, ut sacro officio perfungi non posset. Tandem præmissis ante valvas confectis ceremoniis, in templum induxit, & magna alacritate, candidati hujus agminis consolatione, baptismo eos abluit. *Idem. ibid.*

**Baquetes qui vulgo Bagaudæ. Quales, & unde?**

**B**Aquetes qui usitato vocabulo Bagaudæ vocantur, sunt rebelles, verso nomine Gentis in crimen. Si quidem illi per malos Judices afflicti, spoliati, necati, postquam jus Romane libertatis amiserant, etiam Romani nomini honorem perdidit. Hæc *Salvian. l. 4. de Gubernat. Dei.* & conqueitur, quod iniquitate Regentum Bagaudæ sint facti, id est, rebelles & latrones evaserint. Meminit horum *Hieron. in Chron. Diocletianus*, inquis, in consensum regni Heraculum Maximianum assumit, qui rusticorum multitudine oppressa, qua factioni suæ Bacaudorum nomen indiderat, pacem Gallis reddidit. *Scalig. ad verit. in notis suis in Euseb. eos in veteri inscriptione nuncupari gentes Baquetes.* Fuit autem illud nomen dumtaxat in usu circa tempora Diocletiani. Post quæ Gallo hoc titulo condecorasse latrones & seditiones, testatur *Aurelius vicit.* Etiam Constantinopolitanis idem nomen in usu, nisi quod apud illos Bagaudæ, *μπαυδαυ*, & Bagauda, *μπαυτα*, id est, tumultus diceretur. *Zolimo oi απειρας Αρεθ Βαυαυδαυ.* Quales in Pyrenæis montibus Bandolieri, in Pannonia Martolossi, in Italia Banditi, in Moscovia Kofacci, obvia secleratorum & grassatorum nomina.

**Barba. Barbati.**

**DEFINITIO & ETYMOLOGIA.**

**B**ARBÆ nomen vulgare est, & res eo significata omnibus nota. *Isidor. l. 11. c. 1.* vocatam contendit, quod sit vitorii, atque hæc ratione a voce Hispanica *Baro* sive *Varo* nominis originem desumere. Sunt qui dictam velint à Barbaris, quod illi insensu esse soleant, barbaque protensa. Græcis *παρον*, & apud Euthatium *παρας* dicitur. Hebræi Zahab appellant, eo quod barba adultioris ætatis sit in dex, à *πα* senescere.

**BARBAM QUI GESTANT. PUTA Vixi barbati.**

**D**Æsculapium alii imberbem, alii barbatum putarunt. Lucianus in Jove Tragedo, prægrandem barbam fuisse Æsculapio tradidit. *Pausan. tamen in Corinth.* imberbis Æsculapii statuam erectam apud Phliasos fuisse inquit. *Natalis Comes Mythol. l. 4. c. 11.*

Osiridem Ægyptium regem expeditione in totum orbem suscepta, & rebus omnibus compositis, oratis diis, comam, quoad in Ægyptum rediret, nutrire ajunt, ac versus Æthiopiā profectum. Quæ consuetudo usque ad hæc tempora inolevit apud Ægyptios, ut peregrinantes, quoad domum revertantur, nutriant comas. *Diod. l. 1. c. 2.*

*Προβου παρον*, id est Pronomi barba, de prælonga dicitur. *Aristoph. in Concionat.*

*Αρρηθιστον γιναι τον αποβου παρον λευκον*, Huculque latuit ergo Pronomi Argyrithum gestare barbam. Pronomus tibicen quispian fuit proluxa barba, gestamine non admodum apposito profectio. *Erasim. in Adag.*

Taxatur apud Aristophanem in Concionatricibus Epicratis oratoris cujusdam barba, cui ob id ipsum vulgari joco

cognomen inditum *σαυροδω*, teste senario, quem Aristophanis interpres citat ex Platone Comico: *Αυτος εστιν Επικρατης σαυροδω.* Rex Barbe Epicratis iustior.

Barbam ob similitudinem furtum vocat, & alibi *παπαρμιον* *αυτον απο των γυδων εχουσα.* *Aristoph. in eundem: Κεραυ Επικρατης ον εδωγο κωδων.* *Mibi barba multo pulchrior atq; Epicratis.* *Erasim. Adag.* Philosophi olim barbæ alebant. Hinc proverbium, Pallio & barba tenus philosophum. Barbatum hoc crede magistrum Dicere, forbitio quem sustulit atra cicuta; inquit de Socrate Satyricus. Lucianus passim hoc genus hominum infestatur. Extat epigramma Græcum:

*ΕΙ το ημερον παροντα δουη σπορας αελαταιν, Καὶ παρον Επικρατον εδωκεν ον Πλατων.*

Demonax percontanti, quam philosophia secunda potissimum amplecteretur? Quis, inquit, tibi indicavit, me esse philosophum? Moxque vehementer secum ridens, abiit. Interrogatus, quid rideret? Annon magnopere ridiculum, inquit, si tu me ex barba judicas philosophum, ipse barbam non habens. *Eras. l. 8. Apoph.*

Dionysius quæstor, nomine Simus, natione Phryx, ostendit Aristippo suas ædes unde quaque splendidas, etiam pavimento preciosis tessellis constrato. Itaque omnibus circumspectis, Aristippus sputum oris rejecit in barbam Simi: & ob id indignanti, hoc colore se exculavit, quod in tota domo nihil videret ad excipiendum oris excrementum opportunius. Innuens, in tota domo nihil esse fecidius, aut immundius barbati facie. Quamquam hoc didum magis quadrat in Cynicum aliquid, quam in Aristippum, utcumque illi ascribatur. *Laert. l. 2. c. 8.*

Apparet, apud Romanos proverbiali joco barbatos dici confuisse homines præcis ac simplicibus moribus, rusticaneque veritatis: quod illic ferè receptum sit, barbam radere aut tondere. Si quidem auctor Plinio P. I. cinus Mena primus in Sicilia tonsorem induxit, anno ab urbe condita 454. quum hæctenus fuissent intonsi. *M. Tul. lib. de Fimib. 4.* Hoc verò te ferre non potuisse, quod antiqui illi quasi barbati, ut nos de nostris solemus dicere, crediderunt: *Erasim. in Adag.*

Longobardi, ut plures affirmant, à barbæ prolixitate nomen sunt adepti, quia soli propè Germanorum barbam alegerunt. *Sabell. lib. 5. Em. 8.*

Otho magnus Imp. more veterum Germanorum barbam in pectus promissam gestare solebat, & per eandem, si quando ferio loquebatur, iurare. *Cyprian. A. D.*

Jodocus Marchio Brandeb. Barbatus dicitur, quod barbam nutrire, quia sola virom offentabat, cum nullas alias animi haberet virtutes. An. ætatis xxi. in loci Venceslai Ignavi Imp. electus, & 6. mente mortuus, non est coronatus. *Cyp. A. D.*

**Mulieris barbata.**

Pedasi, qui mediterraneum supra Halicarnassum incolunt, alique vicini, maximam diligentiam adhibent, ut eorum Sacerdos mulier Palladi sacram barbam habeat. Id quod ter illis accidisse putatur. *Herod. lib. 1.*

Galla Symmachi consulis ac patricii Rom. sub Justiniano Imp. filia, barbam enatam sibi ob consperionem corporis igneam, medicorum consilio atque arte evellere noluit. Maluit ita Deo placere, quam barba vacua ad secundas nuptias transire. *Annal. Boior. lib.*

**QUOMODO BARBA RARA.**

Pogò Græcis barbatiu est & appellatone eadè Trezeniorum portus. Unde per jocum barba rariore hominibus insuistrabatur, *εἰς πορον δὲ βαβιζεν.* *C. ell. 2. c. 25. Ant. Lect.*

Caligula Imp. capre in morem barbatus, cum eo nomine se irrideri sciret, capitale erat, si quis eo præsentem capram nominasset. *Suet.*

Julianus Apostata ab Antiochenis ob hirsutis & raritatem fugillatus, quasi barba minime philosopharetur: ad petulantiam illorum coerendam scripsit librum *μυροσπορον* dictum.

**USUS BARBÆ. Ob Lucum.**

Ludovico Sfortia à Gallis rege Ludovico XII. capto, Mediolanoq; occupato, multi civium Mediolanensium barbam promiserunt: ut edicto publico de cure leviganda, deque pills radendis cautum sit: & ne pauperetatem prætexcerent, eis fisco numerandis impendunt præcones admonerent: tanto risu omnium, ut vix agrèd; pauci admodum edicto paruerunt. Exinde barbam alendi mos inolevit, utque ad eum juvenes juxtaque senes, nullo discrimine, serocter intonsi fortes sint, & barba tenus sapientes. *Artimus Mediolanensis Hist. sect. 1. Deco.*

**A**drianns Imper. ut vulnera, que in facie erant naturalia, tegeter, primus Cæsarium, Dione teste, barbam nutritiv. *Podorem.*

Sophites Bion Formoform pilos Harmodios & Aristogitonas liberavit: quod fimum pulchra tyrannide ab eis amatores liberaverunt. *Plut. ferm. Amatorio.*

Archidamus rex, cum Sparta hominem fucata barba, & infecto capillo concionantem audivisset, profari vetuit, & in medio affatu exigi jussit. *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 18.*

De quodam sene, qui capillos tingens, calvus factus est, sic *Nicias in 2. Græcor. èt γραιος:*

*Τὸ κεφαλὴν βαβων τις, ἀπὸ τῶν τῶν αἰτῶν, Καὶ δαυὸς ὄν τις, ὄν ἄπας γραιος.*

*Τὸ βαβὸν ἔδωκεν τὸ μὲν κτὶ κτὶ τὸν Μῆτε κελευ λάλου, καὶ μελασποδίου.*

Philippus Macedo, cum ex amicis Antipatri arbitrum delegisset, quum adverstisset barbæ & capillum inficere, protinus gradum dejecit, & intingere vetuit, velut mendacem. Ad eum barbæ vel comas inficere coloribus, imbellis & enervi vari hominis esse putavit. *Alex. lib. 5. cap. 18.*

Domitius Nero in cæteris vite sue portentis, capillos quoque conjugis sue Poppeæ in electri nomen adoptaverat, quodam etiam carmine succina appellando. Et quoniam nihil vitius defuit preciosa nomina, ex eo tertius quidam hic color capillorum cepit epigram, à matronis. *Plin. lib. 37. cap. 3.*

Martialis de Lentino in Epigrammatis sic scribit: *Mentiris juvenem tinctis, Lentine, capillis, Tam subito coronus, qui modo cygnus erat. Non omnes fallis, scis te Proserpina canum, Personam capiti detrahet ille tuo.*

Lais Corinthia, infigne sortum, Myronem falsissimè repulit. Sed prælat hoc Aufonius verbis refert: *Canus rogabat Laidis noctem Myron: Tult repulsam protinus, Causamque sensit: & caput fulgine Fucavit atra candidam, Idemque vultu, crine non idem Myron Orabat oratam prius. Sed illa formam cum capillo comparans, Similemque non ipsum ratas, Fortasse & ipsum, sed volens ludofruui, Sic est adort a candidam: Inepie, quid me, quod recufavi, rogas? Patri negavi jam tuo.*

**C**oma adulterina, Barba fistula. *Th. de avas Τροχίρα*, id est, Naviges Trezenem. Eustathius enarrans secundum Homericæ Iliados librum, ait, dici solum in eos, qui cum mento imberbi essent, tamen appositis pills barbam vitilem mentierunt. Addit inde natum, quod Trezenis portus quispiam vulgò celebratus sit, nomine Barba. Est autem alter Trezen in Massilia. *Erasim.*

Ad Charinum, Martialis Epigram. lib. 12. *Quod lana caput alligat, Charine, Non aures tibi, sed dolent capilli.*

Fortè calvirii vel defluviu tegendi causa, prætextu otalgæ, lana caput debebat, quemadmodum C. Jul. Cæsar eandem ob causam laurea corona uti consueverat.

*¶ Confulat locum de Capillis. Abrasione & Luxu.*

**D**em multa in loco de Piliis, neque pauca in loco de Tonfura.

**RASIO BARBÆ VETITA JUDÆIS.**

Judæis in Levitico Deus vetuit barbam radere, superducta scilicet novacula. Unde in Hebræo dicitur, Non destrues extremitatem barbæ tuæ. Voluit enim Deus, in populo illo barbam quasi virilitatis infigne apparere, barba enim virum significat; non verò prohibentur eam tondere. *Levit. cap. 19. ¶ Quare plerique in Titulo de Abrasione capillorum. Item in loco de Titulo de Clericis. Vbi de Clericorum tonsura.*

Apud Christianos, Clerici non radunt, sed tondent barbam; Monachi, velut mundo mortui, radunt. Scripsit pro Sacerdotum Barbis *Ioan. Pierius*, & in Concilio Provinciali Mechliniensis veteratur, ne Sacerdotes gestent barbam alatam, utque superius labatum ita radant, ne sit impedimento sumptioni S. Calicis. *¶ Vide sub Titulo Clerici, de eorundem tonsura. Item in loco de Tonfura.*

**¶ APOPHTHEGMATA.**

Lacon quidam senex interrogatus, cur barbam gestaret *L. B. Theat. vitæ Humanæ. Tom. 1.*

sylvosam ac promissam: Ut, inquit, intuens canos pilos, nihil E committat illis indignum. Vir bonus undecunque venatur stimulos ad virtutem. *Plut. in Lacon.*

Spartanis studio est, alere comam, & super ea quoque re narrant, Lycurgum reddidisse rationem: Quoniam, inquit, coma formosius addit decorem, deformes verò reddit hostilibus terribiliores. Ut enim decet coma speciosos, ita nec felici specie præditis horrorem ac ferinum quiddam conciliat. Capillitium naturalis est ornatu, minimoque constans: hoc genus non damnavit Lycurgus, ut quod nec operosis artibus constaret, nec pro frugalitate luxum induceret. Adscititium cultum, magnoque paranda lenocinia, non probavit. Quò magis detestanda est quorundam præpostera cura, qui corporis eas partes vellunt raduntque, quibus natura pilos dedit non tantum ad decorem aut verecundiam, verum etiam ad tuendam valetudinem: contra illic eliciunt sylvam artificio, ubi natura voluit esse glabrietem. *Plut. in Lac.*

Nicander Spartanus percontanti, quare Lacedæmonii barbam alerent? Quoniam, ait, hic ornatu, cum sit homini omnium pulcherrimus ac propius, nullo omnino constat impendio. *Plut. in Apoph. Lac.*

Dionysius Epidauri Æsculapio auream detraxit barbam, quòd negaret decorem, patrem Apollinem imberbem, ipsum verò tam horrida barba vestitum conspici. Æsculapius fingitur Apollinis filius: Apollinem autem semper imberbem finxit Theologia poetica, per Æsculapium barbaturum significans, multarum rerum usum & experientiam in medico considerari. *Meminit Val. Max. lib. 1. c. 1.*

Alexander, quodam tempore, cum omnibus ad prælium paratis interrogaretur: Numquid aliud præter hæc fieri vellet? Nihil, inquit, nisi ut Macedonum barbe radantur. Hoc dictum, quid sibi vellet, admirante Parmenione: An necis, inquit, in prælio nullam anam meliorem esse, quam barbæ? significabat, cominus esse pugnandum: in quo genere certaminis barbæ officium, quod his milites facillimè possunt apprehendi. *Plut.*

Hier. Rhetor, Gymnasti Basilienfis ante paucos annos professor, interrogatus, cur tam promissam aleret barbam? respondit, ut intuens hos capillos, me non mulierem, sed virum esse intelligam. Barba enim ornat virum, & admonet, ut virilia quoque facinora fortius aggrediamur. *Lycosth.* Nam si vocis etymon spectes, Barba à veteri voce Baro, quæ virum significat, dicta est. *Vt Glossarium. Hinc Isidor. l. 11. orig. c. 2.* inquit: Barbam veteres vocaverunt, quòd virorum sit, non mulierum. Et in singulari quidem numero hominum, plurali verò quadrupedum dicitur. *Servius Honor. Virg. interpres.*

Cum pro Rege Galliarum contra Carolum V. bello præfesset Franciscus Borbonius, juvenis adhuc, & imberbis: Marchio Guilanus ei illudens nunciavit, quòd nimis exigua barba vestiret mentum, ut cum eo congregaretur: cui Borbonius: Non barbæ pugnandum, sed ensibus. *Carozetus.*

Haud secus alius quidam hoc nostro ævo, cuius nomen de industria non addimus, vir alioquin non patre eruditionis, cum in seria suam mentem explicaret, reprehensus à cavillatore sibi assidente, ea de re judicaret, ubi barba excrevisset promissior, respondit: Hem! non barba judicium fert, sed mentis sagacitas: neque barbæ causa defenditur, sed lingua & rationibus. *Idem.*

Ferunt, Legatos quosdam à Vencetorum Senatu missos olim ad Henricum Franciæ Regem: qui, quòd eos parum adultos barbatoq; conspiceret, vix responso dignatus est; adiciens etiam: Maturius hæc de re judicium ferctis, ubi barba maturior mentis vestiverit. Verum alter illorum fecit à Rege contropos intelligens, in hunc ferè modum scomma in eum retorfit: *Si promissa facit sapientem barba, quid obstat Barbato possit quin caper esse Plato?* *Ex lib. 6. Rerum memorab. Beyerlinck in Apoph.*

**SCRIPTORES.**

Eddidit ante annos fortassis xx. *Philippus Gallæus* Sculptor, sive Incisor celestis Antverpiæ, librum de barbatur & comatum vario usu apud varios, expressis in Icone earundem formis, & varietate, in stabili alloquin, & nova in dies, prout mores & ingenia hominum in dies mutantur.

**¶ Barbaria. Barbari. Barbaries.**

*¶ Vide sub Tit. de Grammatica. S. Grammaticæ studium. Item S. Grammatica considerata a respectu vocum.*

**¶ BARBARI QUI, & unde dicti.**

Strabo Barbaros: ficticio nomine tradit illos significare, *Ccc 3* qui

A quā asperē, difficulter, & durē loquuntur, à Barbaris absona voce, quam quī Græcē loqui volebant, Athenis peregrini subinde frequentabant, vel hi qui illos ridere volebant, ipso- rum 227. 20. imitando, lib. 14.

Aliis placet, appellationem derivatam ab Insula Gangis fluvij Barbaria, quæ & mari Barbarico nomen dedit; & Paulum de his loqui, quando cum Scythia Barbarum con- jungit, Coloff. c. 3. tradunt quidam. Nonnulli, ait Ifidorus, omnes Barbaros vocant, qui Latine aut Græcē loqui ne- sciunt. Græci cæteras nationes Barbaras appellabant: ut testatur Plato Dial. de regno. Quamvis postmodum exce- perint Latinos, utpotē cultioris & mitioris linguæ, & mo- tum commodiorum.

D. Thomas, Barbarum omnem illi esse ait, qui ipsius lin- guam ignorat; cui consentaneum videtur illud Apostoli: Si nesciero virtutem vocis, ero ei, qui loquor, Barbarus, 1. Co- rinth. 14. Et Ovidius seipsum Barbarum fuisse dicit, cum non intelligeretur.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli.

Et iterum: Et vident stolidi verba Latina Græca.

Anacharsis, apud Athenienses: sed vicissim hi Barbari sunt apud Seychas, Laert. lib. 1. c. 9.

Cicero autem lib. 2. de Divinat. omnes Gentes dividit in Græcas & Barbaras. Hinc & Plautus in prologo Asinarie, lin- guam Latinam Barbaram appellat. Et Josephus Gorionides, de Latino rege, qui post Janum regnavit, scribit illustratē lin- guam Barbaram, id est, Latinam, à qua & nomen accepit. Constat quoque maximē Barbaros dictos Phryges: qui quod primi tunc tubam reperisse produntur, ut Varro scribit post Aristotelem, factum, ut illam Tibiam Barbaram vocaret Catullus. Et Jurisconsulti nominant Barbaricos, qui vestem opere Phrygio, hoc est aeu pingentes consuevit: apud Alciatum, & Cujacium de excus. artif. ff. l. 1.

Epiphanius appellat Barbarismum ab Adam usque ad Da- levium, & vocat primum fontem Hæresum, Barbarismum, Epist. ad Ararium, & in Anacephal. quod idolomania origo continetur. Modò usus obtinuit, ut certam Africæ partem vocemus Barbariam, quam Scaliger desumptam vocem exi- stimat ex eo, quod loca deserta Arabum lingua dicantur C. Barbar: vel quod Africana Regio Arabum vocetur Bar- artu, hoc est, noxa, vel malitia festinans: vel ab Arabum idiomate, quo Barbar significat etiam sonum, sive murmur inconditum.

Salvianus non à voce aut lingua, sed moribus & religione Barbaros definiens, l. 4. de Provid. locat omne hominū genus in Romanos, eos scilicet qui veram profitebantur fidem: & Barbaros, quorum alios Ethnicos dicebat, alios Hæreticos.

Cum Paulus Apostolus naufragium passus fuisset, maxima humanitate à Melitenibus, quos Barbaros Lucas nominat, exceptus est. Accensa enim pyra, reficiebant omnes, qui naufragio erepti, propter imbretem, qui imminabat, & frigus. Actor. cap. 28.

Invehitur Virgilius in inhospitales, qui adventantes Tro- janos arcuerunt à littore, ideoque Barbaros vocat: Quod genus hoc hominum, quæque hunc tam barbara morem Permittit patriæ hospitium prohibentur arene. Aeneid. 10.

Alphonsus Aragonum Rex, intuitus Syracusanum equi- tem aggressibus moribus, Barbarum eum nuncupabat: at is Barbari nomen egrius tulit, cui Rex: Ego non à genere, sed moribus Barbarum solum definire. Nobilem exitimabat illum, quem nobilitas sua virtus. Ex Panorm. l. 1. de Gestis ejusdem. Beyerl. in Apoph.

Sigismundus Imp. in Constantienſi Concilio reprehensus à Cardinali Placentino, quod contra Grammaticorum præscripta verba quædam pronuntiasset, non minus scitè quam festivè: Placentine, ait, si supra leges sumus, quare supra Grammaticam esse non possumus? Placentine, Placentine, quibus places, places; mihi certè non places. Au- ctor. Sermon. convival. & Chronica Germ.

Stratonicus interrogatus, utri essent barbariores, Bero- ti, an Thesali: nominavit Elæos: significans, hos utrius- que barbariores, cum illi haberentur barbarissimi. Hoc erat lepidius, si ab Elæo fuisset propositum, ut forte fuit. Erasmi. 6. Apoph.

Cum barbarorum animos species injuriæ percussit, agun-

tur statim: & qua dolor iraxit, ruina modo regionibus inci- ditur incompofiti, interriti, incauti, pericula arguentes sua: gaudent feriri, & inaudito, & tela corpore urgere, & per suum vulnus exire. Lib. 3. de ira c. 3. Seneca.

HISTORICA EXEMPLA. Hammonis Sacerdos, quem advenit Alexandrum Greg- cè cuperet salutare, ac πειθισθαι, id est siliole, velle dicere, per barbariem inquit, πειθισθαι, id est Jovis filii. Unde cæle- stis originis captata creditur gratia, cui initia error dederit. Cel. lib. 22. cap. 20. A. L.

Chryssippo Stoico, qui plurima scripsit, solertissimus fami- liaris fuit, teste Gal. l. 2. de Hipp. & Plat. decretis. c. 5. Martialis in primo Epigrammatum Cæcilianum solaci- zantem sic inſcribitur:

Cum dixi Ficus, rides, quas barbaras verba; Et dixi Ficus, Cæciliane, jubes. Dicemus ficos, quas scimus in arbore nasci, Dicemus ficos, Cæciliane, tuos.

De Rufo rhetore Pictaviense imperito sic scripsit Aufon. Qui reminisco putat se dicere posse Latine, Hic ubi Conscriptum est, legeret Cor. si cor haberet. Demosthenes Valentis Imp. legatus missus ad Basilium magnum, cum in eum vehementer debaccharetur, barbaris- mo quodā forte lapsus est. Ad quod risu Basilus exclamavit: Vidimus & nos Demosthenem felle literis. At cum importu- nus oblatraret, ita objurgavit Tuum est de pulmentariis cogi- tare, & non divina dogmata decoquere. Sezom. l. 6. c. 16.

Bartolus Jurisconsultorum neotericorum princeps, uti cætera bene, ita hoc male, cum summo tamen applausu, dixit, De verbis non curat Jurisconsultus. Lud. Paves. l. 1. cor- rupt. disciplinarum.

Lacones literas usque gratia adſcribent: cæterarum disci- plinarum urbe interditebant, non magis doctoribus, quam artibus: Disciplina verò erat his una ad bene parendum, ad tolerandum labores, & ad vincendum in pugna, aut oc- cumbendum. Plut. in institutis Lacon.

Cum sub Alexandri successores Athenienses pecunia egerent, & quidam peregrinos se munia illi daturum speria- barbare promissit, tumulatu benignitatem ejus repudia- runt: sed cum errore correcto Janæ dixisset, tum demul- beralitate ejus usi hominē collaudabant. Suid. in voce Sycopi. G.

Franciscus I. Gallorum Rex, morem illum à Canonibus acceptum, Arreſta curiæ lingua Latina publicandi, Anno sal. 1539. è medio sustulit, & patriæ linguæ deinceps uti suos voluit: offensus, ut ajunt, barbarie ejusdem edicti, in quo inter cætera ejusdem farinae, hæc quoque legebantur: Nos debotavimus & debotamus.

Inepus quidam vix gustata primis labijs Latinitate, cum forte audire decantari Magnificat, sive Canticum Deiparæ, in Ecclesia, arguit cantores ignorantie, dum pronuntiabat ver- sicul. Disperſit superbus &c. volebat enim ut (super beverem) di- cerent, quod (super) regeret acculativè. Exploſa hominis ſoli- ditas, & in proverbium tranſivit, corrigere Magnificat: dum quis stolidè vult emendare, in quibus nihil emendandum.

Ferunt, quendam magni nominis virum, fide ignorantem, dum forte in celebri conventu, foco hyemali tempore ad- ſtaret, dixiſſe, Eſt magnus frigus: quod cum emendare vellet ex adſtantibus nonnemo, & in aurem illi inſuſura- ter, gus gus; volens indicare, pronuntiandum fuiſſe frigus: ille velut errorem emendans, magna gravitate re- puit: Proſedò eſt magnus frigus. Riuſi excepta ea cor- rectio fuit, ac fabulæ locum fecit.

\* Baslica. QUID SIT. ET ILLIUS USUS.

Baslica vox est Græca significans initio domum amplam & spatioſam, cauſam cognitioni deſtinatam: dictam voluit ex eo, quod Græci etiam judices βασιλικῶν appellant, teſtante id Heſiodo, qui ἀποδοῦναι appellat βασιλικῶν, id est, donivoros judices, Budaο interprete.

Forma illius erat ad modū templi, porticibus & artibus am- plis inſtructa. Poſtea tamen Baslica edificatæ fuerunt in usu negotiatorum: que loca modò Peryſilia, modò Burſas vulgò dicimus, ſunt que celebres in Emporiis. Chriſtiani autē initio natiſcentis Eccleſiæ, ea loca, in quibus Martyrum reliquie, me- moriæ, & corpora ſervabantur, Baſilicas nominabant. Fuſſe autē à Chriſtianiſtis hoc etiam ſine edificatis Baſilicis, con- ſtat ex Conciliis, Patribus, Hiſtoriis, quamvis poſtmodū etiā ad alia templa hoc nomen tranſlatum. Concil. Gangrenſe can. 20. damnat Eufſachiu, quia contemnebat Baſilicas Martyri,

Con-

A Concilium Carthagenſe can. 14. vetat, ne ades ulli adifi- centur Martyri, niſi aut corpus ejus ibi eſſet, aut eo loco fuſſet paſſus, aut aliquid illius haberetur reliquie. Cyrillus Catech. 16. ubi Spiritus S. deſcendat.

Athanaſius Ep. ad Solitarii, meminit templi S. Quirini. Nazianzenſis laudat Gallum, quod templum extruere ce- piſſet Mammeæ martyri, ingentibus ſumptibus.

Chryſoſt. dicit, Conſtantinum Imp. factum poſt mortem Janitorum piſcatoris, quia ſepulchus erat præ foribus Baſilicæ S. Petri. Hom. 66. ad pop.

Eusebius memorat, ipſum Conſtantinum templum cele- bre S. Petro crexiſſe Conſtantinopoli, lib. 4. de vita Conſt. cap. 58. 59.

Sezomemus narrat de templo S. Thomæ, quod erat Edelli, l. 6. c. 18. Eusebius ſcribit de templo S. Euphemie & Theclæ, à Zenone Imp. conſtituto, l. 2. c. 3. Et plura habet Procopius lib. de edificiis Juſtiniani.

Porro conſtat, loca ſepulchrorum Petri & Pauli Apoſto- lorum in magnam veneratione olim habita, & poſtmodum à Conſtantino Imperatore ampliffimis Baſilicis illuſtrata fuſſe, ac redibitis locupletata & ornata, ut docet libellus Damaſi de munificencia Conſtantini.

Quod autem ſpectat ad Vaticanam Baſilicam, in majori ejus arcu hi verſus muſivo opere exarati legebantur: Quod duce te mundas ſurrexit in aſtra triumphans. Hinc Conſtantinus victor tibi condidit aviam.

Ex antiquis actis Sylveſtri Pape illud conpernum habetur: Conſtantinum Imperatorem in erectione Baſilicæ S. Petri primum omnium ligone, ad fundamenta jacienda, terram foſſiſe, erutamque copioſis aſportariſſe. Quidni hæc præſti- tur Chriſtianus Imp. cum & Veſpaſianum Auguſtum in re- ſtitutione combuſti Capitolij, hæc ipſa egiſſe auctor ſit Suet. in vita ipſius, c. 8. cujus hæc ſunt verba: Ipſe reſtitutionem Capitolij aggreſſus, rudericibus purgandis manus primum ad- movit, ac ſuo collo quædam extulit, &c. Qualis autem, quan- tave fuerit ea Baſilica, S. Paulinus Nolanus epiſc. 31. ſcribens ad Aleſium, lineamentis quibuſdam ſubſolcurè ſcribit.

Exerit idem Imperator Baſilicam S. Pauli via Oſtienſi, que cum obloci anguſtiam, inter Tyberim ſentiret, & ipſam viam poſiti, non in eam amplitudinem, ut par erat, excitata videretur, Valentinianus junior Imp. de alia ibidem cum via Oſtienſis detrimento, ampliorem ſpatiis excitanda Baſilica ſcripſit ad Salluſtium Urbis Præſedum. Geſſit in Præſectu- ram Urbanam Honorio & Evodio Coſſ. ut conſtat ex leg. 81. de piſſerioris, C. l. theod. Eſt in annis à Chriſto 386. Eam tunc ceptam poſtea Honorius Imper. abſolvit. Exiſtant de his litteræ Valentiniani Imp. in Bibliotheca Vaticani, decer- pte abis, qui egerunt de ſeptem Urbis Eccleſ. Poſtea verò Leo Magnus Pontifex, eandem Baſilicam majori arcu in- gentibus columnis ſubnixo ſuſtulit, exornavit que factis pi- cturis opere muſivo compactis, que hæcenus perſeſerant. De his etiam Hadrianus Imp. in Epitola ad Carolum Ma- gnum Imp. de imaginibus ſic ſcribit: In Baſilica Beati Pauli Apoſtoli, arcum ipſidem majorem faciens, & in muſivo depingens, Salvatorem Dominum noſtrum Jeſum Cari- ſtum, & ſecum viginti quatuor Seniores, nomine ſuo ver- ſibus decortavit: & à tunc uſque hæcenus fideliter à nobis veneratur.

Optatus Milevitan. lib. 2. contra Parmen. numerat fuſſe Romæ, temporibus Conſtantini, Baſilicas quadraginta & amplius: alludens, ni fallor, ad ipſos Romæ Urbis Titulos, D quibus præſbyteri Cardinales Præpoſiti erant, quorum nu- merus, temporibus Corneliæ Pape, erant 46. ut conſtat ex Epitola ejus ad Fabium Antiochenum Ep. apud Eusebium hiſt. l. 6. c. 25. Ubi de Romanæ Eccleſiæ, illius temporis ſtatu hæc deſcripta habentur: Novatum omnino præterit, ſcilicet unum ſolum Episcopum oportere eſſe in hac Eccleſia Ca- tholica: in qua tamen non ignorabat, (quomodo enim po- terat?) Præſbyteros eſſe 46. Diaconos 7. Subdiaconos 7. Aco- lytos 42. Exorcistas & Lectores una cum Oſtariis 52. viduas & alios morbo & egellate aſſiditatos mille & quingentos, quos omnes Dei gratia & benignitas abundè ſuſtentat. Hæc ibi. Ex prædicto quæque Præſbyterorum numero Optatum numerariſſe quadraginta & amplius Baſilicas puto.

De Baſilica verò S. Helene, quam Romæ dicem ſuum ob- jſſe, & ſepulchrum tradit Niceph. lib. 8. cap. 3. & Soudas in hiſt. verbo Veſtales. Conſtatque eam fuſſe in atrio Seſſoriano, & nunc appellari Baſilicam S. Crucis. Vide Baron. in Notis Martyrologij 18. Auguſti.

Celebratur per totam Eccleſiam dedicatio Baſilicæ S. Sal- l. B. T. beat. vite Human. Tom. 1.

vatoris, quæ variis nominibus appellata reperitur. Nunc E Baslica Julii, cujus meminit & Plinius cap. 5. epiſt. 1. Item Baslica Lateranenſis, ab ædibus Laterani. Item Conſtan- tiniana, quod ædes illas magnificas in Eccleſiam mutavit, ornavit, & auxerit. Appellata eſt etiam Baſilica Salvatoris, eò quod ipſi Salvatori omnium, Chriſto Jeſu, Deo vero dicata poſſimum eſſet; cum alioqui omnes etiam Sancto- rum Eccleſias Deo Opt. Max. dicari conſueviſſe ſcribat S. Auguſt. lib. 22. de civit. Dei cap. 18. Rurſus autem ad jacentia Oratoria S. Joannis Baptiſtæ, & S. Joannis Evangeliſtæ ab Hilario Papa conſtructa in Baptiterio Conſtantini, effe- cerunt, ut eadem Baſilica vocetur etiam nomine S. Joannis.

BASILICARUM SANCTITAS. HONOR. VENERATIO.

Quanta autem earundem Baſilicarum exſtiterit ſanctitas atque religio (audacter dicam cum Moyle) & inimici noſtri ſunt judices; nam licet extra murorum ambitum ſite eſſent, eaſtamen ut cæleſte quoddam aſylum divinitus præſcri- ptum, hoſtes fidei, ac Romani Imperij perducere, Gothi inquam, cum urbem graſſarentur, ſunt reveriti, nullam il- lis, vel earum miniſtris negotium facientes; imò & ad illas confugientibus parcere inſolabile fuit, ut ſcribit Oroſius lib. 7. c. 9. hiſt. 3. Auguſt. lib. 1. de civit. Dei, c. 1. & Procopius de bello Gothico temp. Juſtin. lib. 2.

Accipe, quid furens hæretica Theodora Auguſta dederit in mandatis Anthemio Scriboni, eum de capiendū Vigilio Papa ad ipſum ſcribens, hæc ait: Exceptis omnibus, in Baſilica S. Petri parce: nam ſi in Lateranis, aut in Palatio, aut in qualibet Eccleſia inveniſſe Vigiliū, mox impoſitum navi perduc eum uſque ad nos, &c.

Quod autem ſpectat ad limina Apoſtolorum, obtinuit antiquus uſus, ut præ reverentia, ac religioſa quadam obſer- vantia, ipſæ Baſilicæ, limina Apoſtolorum dicerentur; undè Claudianus ad Jacobum magiſtrum equitum hoc verſu: Per cineres Pauli, per canlimina Petri.

Nec tantum poſtquam Baſilicæ Apoſtolorum erecte ſunt, ſed longè ante obtinuit ejuſmodi loquendi uſus. Undè in Actis S. Alexandri Pape hæc legitur: Tu ſi ad limina S. Petri duxiſſes eum, &c. De ejuſmodi nomenclatura exempla plura habes ex Fortunato, ut in catmine de Partu Virginis, G. his verſibus:

Quos recipit ſacra porta Petri, quos janua Pauli, Poſſis ad Andrea limen Achyſa patet. Martha & Athyopes, Epheſinos valva Joannis: Et quem quiſquis amat, hunc ſua porta rogat.

Moris enim erat, aduentibus Eccleſiam, ante ejus in- greſſum ad limina procumbere, poſtes deſcolari, ac preces fundere. Undè idem Fortunatus hæc de Baſilica Ravennate:

Rufus Apollinaris præſoſ limina lambe, Fuſus humi ſupplex, &c.

Et Evodius Vzalenſis de mirac. S. Sephani l. 2. c. 2. hæc ha- bet: Ante limina glorioſi martyris proſtrata, effuſus ſui cor- dis dolores expreſſit. Et poſt multa: Deinde ante facta ejus limina proſtrata, noctu dieque ſentes, &c.

Chryſoſt. hom. 30. in epiſt. 2. ad Corinth. Templi veſtibula & aditum oſculamur, cum alii alios oſculamur. At non cernis, quomam homines etiam hiſce templi veſtibulis oſculum figunt, partim inclinato capite, partim manu tenentes, atque ori manum admoventes? ita Chryſoſt. H. Eſt inſuper apud Fortunatum de S. Radegunda Regina, quod adiens Baſilicam S. Martini, per ſingula ſe proſtra- bat limina.

At de ipſa Vaticana Baſilica, Sidonius Apollinaris l. 1. epiſt. 5. ad Honorium, hæc ait: Ubi priuſquam vel pomæria con- tingentem, triumphalibus Apoſtolorum liminibus aſſuſus, omnem protinus ſenſi membris malè fortibus exploſum eſſe languorem. Romam venientibus primum omnium limina Petri Apoſtoli adire uſu receptum erat, ut colligitur ex En- nodio in deſenſione Symmachi Pape.

Ingreſſi limina Apoſtolorum, ibique ſacra facere, idem erant quod communicare Catholice Eccleſiæ, ut pulchre expreſſit Optat. Milevitan. lib. 2. contra Parmen. Ad Petri, inquit, me- moriam non accedit, quaſi ſchismaticus, contra Apoſtolum faciens, qui ait: Memoriam Sanctorum communicantes. Ecce præſentes ſunt ibi duorum Memoriar Apoſtolorum. Di- cite, ſi has ingreſſi poſuit, ita ut obulerit illic, ubi Sancto- rum memorias eſſe conſtat: ita Optatus.

Addo, quod Præſidem. Per ſeſep. hym. 2. de Sancto Laurentio

A his verbis docet, Christianos facta Apostolorum ac martyrum limina exofculari solitos: Ipsa & Senatus lumina, Quondam Luperci & Flamines, Apostolorum ac martyrum Exofculantur lumina.

Recolimus de his etiam nobile illud antiquitatis monumentum, confueville majores, ipsas Ecclesias, vel atrii portas, aliquando sacris reliquiis consecrare. Meminit ejus ritus Ludovicus Pius Imp. in sua constitutione. quam Salicis legibus addi voluit, his verbis in fine: Si in atrio Ecclesie, cujus porta reliquiis Sanctorum consecrata est, ejusmodi homicidium perpetratum fuerit, &c. In Capitul. Franc. l. 4. c. 13.

Hinc factum videtur, ut miro cultu ipsa sacra Ecclesie limina ornarentur. Unde S. Paulin. in Natali 3. S. Felicis hæc ait:

Aurea nunc niveis ornatur limina velis. Et paulo post: Lumina caratis adolentur odora papyrii. Et in Natali 6. Pulchra regentes, Vela feram foribus, si puro splendida limo, Sive color atis textum fucata figuris: Hi leves visulos lento poliant argento, Sanctaque præfixis obducant liminalianis. Videatur locus de Templis.

Beatitudo.

Ubi sub se comprehendit eam, quam homines appellant in hac vita felicitatem: estque non nisi imperfecta beatitudo, in opinione posita, plerumque beatitudine proprie acceptæ contraria, que non est aliud, quam status omnium bonorum aggregatione perfectus. At de ea, tanquam famosiore significatione Beatitudinis, primum agemus.

BEATITUDO VERA QUID: ET IN QUO consistat.

Beatitudo proprie dicta, que Græcis μακαριότης, est summum hominis bonum, & ultimus finis, cui nulla ratio mali inest, aut inesse potest: sive est ille status, in quo est plenitudo omnium boni. Unde D. Th. in Aquinat. 1. 2. q. 2. colligit eam non consistere in commoditatibus, aut voluptatibus hujus vite, quæ cum illis quis posse esse miser, & sine illis beatus.

Est ergo Beatitudo ultima hominis perfectio, & consistit in unione vitali perfectissima, qua sentitur & gustatur, ac videtur Deus: atque ita anima hominis afficitur perinde, ac si in Deum ipsa transformaretur. Et quidem Beatitudinis nostræ objectum, ut Theologi loquuntur, est Deus, adeoque increatum. Ipsa tamen beatitudo nostra formaliter est creata, nempe ipsa possessio, seu tenio boni increati, est perfectio quedam nobis inherens; eaque non fit per ipsam visionem Dei incretam, qua seipsum intuens beatus est; sed per aliquod donum creatum. Quomodo in Concilio Viennensi dicitur; Beatos egere limine gloriæ ad videndum.

Inque Beatitudo consistit in actu intellectus, per quem assequimur ultimum finem: quia pars intellectualis solum attingere potest ultimum finem immediate. Estque is actus sive operatio, secundum S. Thomam, sola visio Dei, ut per quam solum Deum possidemus, & intra nos tenemus presentem: adeoque Thomisæ sententiæ, in hac sola sita esse formaliter nostram beatitudinem.

Communior & facilius sententia est, ad rationem perfectam essentiali beatitudinis, requiri præter cognitionem intellectus, etiam operationem voluntatis, amorem scilicet, tam eum, quem vocant amicitiam, quo volumus Deo ipsi omne bonum: quam amorem concupiscentiæ, quo Deum amamus nobis, cupientes eum possidere. Et præterea gaudium amicitie, quo gaudemus videntes, Deum tantis bonis affluere: & concupiscentiæ, quo de eo possessio gaudemus. Ita ut quinque actus requirantur: quæ visio dici possit radix & fundamentum aliorum, & in ea principaliter consistere beatitudinem: ad quam tria concurrere docet S. Th. supra 4. 2. art. 3. visionem, comprehensionem, & fruitionem, quæ vocantur ab eodem dotes animæ. Visio enim respondet Fidei: Comprehensio spei: Delectatio charitatis. Cæterum quamvis animæ beatæ: Delectatio charitatis perfectissimè Deum videant, tamen ad completam beatitudinem etiam requirunt corporis perfectio, tam antecedentem, quam consequentem, idque tanquam bona dispositio ipsius corporis, procedens à beatitudine animæ, ut communiter docent Theologi.

Gloriosi corporis perfectiones.

In Beatorum corporibus post resurrectionem futura sunt quatuor illustres dotes, ad plenam illius status perfectionem sufficientes, quas Theologi dotes nuncupant, videlicet Impassibilitas, Claritas, Agilitas, & Subtilitas: quæ colliguntur ex Epist. ad Cor. 1. 5. v. 42. 43. & 44. juxta sententiam Interpretem.

Etiam sensus perfectissimas operationes sunt habituri, quia erunt perfectissimè dispositi organis & spiritibus, neque deerunt convenientia objecta: sic ut etiam vis imaginatrix & appetitus sensitivus suam sint beatitudinem habitura.

BEATITUDINIS IMMENSITAS: ET AD EAM INCITAMENTUM.

Beatitudinis, quam post hanc vitam expectamus, immensitatem Apostolus describens, allegat locum Isaie c. 64. quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, que preparavit Deus iis, qui diligunt illum. Que verba cum respondissent plures Martyres Adriano adhuc militanti, & percontanti, quid ipsi pro præteritis laboribus & tormētis à Christo suo, cujus amore ea sustinebant, reportaturi essent: eum accenderunt, ut seculi Ethnicorum militia abdicata, miles martyre Christi fuerit effectus, & in sanguine suo baptizatus, & peccante & incitante eum S. Natalia uxore, sub impio Diocletiano, illustre martyrium subierit. Ann. Christi 306.

Apostolorum Princeps Petrus ad beatitudinem etiam anhans, ejusdem retributorem Dominum rogabat: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te; quid ergo erit nobis? qui sententiam aliquam illius Gloriæ præfigens; Amen dico vobis, ait, quod vos, qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione, cum sederit Filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicatis duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, &c. centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Matt. c. 19. Marc. 10. Luc. 3. Mirum in modum hujus Gloriæ ardore successus erat S. Franciscus. Cum enim interrogaretur, quomodo tam tenui amictu hyemalis algoris asperitate temperaret: respondit: Si supernæ flammæ patriæ per desiderium contereatur, facile nos ab eoque frigore tueretur. Sur. tom. 5. in vita.

Idem, dum ob assiduas lacrymas oculorum imbecillitatem adeptus esset, ab eique sibi temperandum dicerent, ut corpore visus sui privati vellent. Non est, inquit, ob amorem luminis, quod nobis cum malis cõmune est, visitatio lucis querimus, sed propter spiritum caro lucis beneficium accepit. Idem Fulgebatur quoque hoc Cælestis gloriæ amore Fulgentius Episc. Ruspensis, qui Arrianorum persecutionem juxta Christi mandatum fugiens, Romæ cum peregrinaretur: visus urbis magnificentia, ad collegas versus, in hæc verba prorupit: Quam speciosa esse potest Hierusalem cælestis, si ita fulget Roma terrestris! & si in hoc seculo datur tanti honoris dignitas diligentibus vanitatem, quam præbitur sanctis diligentibus veritatem? Magna certe, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Sur. tom. 1. in vita.

Similis etiam sententia est, quam in se non omnino dissimili protulit S. Porphyrius Gazæorum Episc. Dum namque ex causa quadam Constantinopoli existens, Theodosii junioris infantem ingenti cum pompa ad factum Baptismatis fontem deduci cerneret. Nos inquit vitæ ejus scriptor) mirabamur, tantam gloriam admirantibus autem dicebat S. Porphyrius: Si ea que paulo post evanescent, tantum gloriæ splendorem habent: quantum habitura sunt cælestia, quæ parata sunt sanctis & electis Dei? Consideratione dignum, quod ait S. Aug. Soliloq. c. 21. & Enarrat. in Psal. 85. Peccatoribus se indes blasphemantibus dat Deus calum, terram, fontes, fructuum ubertatem: Qui autem talia peccatoribus largitur, quid eum putabis servare suis fidelibus? Sur. tom. 1. in vita, Th. Staplet. Domin. Septuag. in Prompt. morale.

Videbat Julianus Abbas, socios sua domicilia ampliare: & Verco, inquit, dicit, dicit, ne, dum terrena dilatamus, habitacula minuimus cælestia: atqui hæc nobis ad modicum tempus conveniunt; cælestia vero æterna. In Vita PP.

S. Ludovicus Episc. Tolos. Caroli Regis Siciliae ex Matia Hungariæ Regniæ filius, terrenum regnum splendendam servitutum vocitabat: & S. domum, inquit, ac patrum regnum contemplant, parvum id est contemplant ingentia illa spatia, quæ sursum sunt: in quorum possessionem animus admittitur, si se homo erexit supra se. Ex mem. veteris Biblioth. Prat. minor. Lovan. L. Beyerli. in Apoph. Christianis.

THEODORICUS EPISC. COLONIENSIS.

Vide Apophth. de MORBO.

Pro.

A Prosequamur etiam adens hujus Gloriæ in infirmiori sexu desiderium. Dorothea virgo, à Fabricio Præfecto aliquando tortæ, cum jam ad capitale supplicium duceretur, Gaudeo, inquit, me ad spem pervenisse, cuius Paradisus omnium florum ferax amoenus vernat, quam dici possit. Ne non erit ibi amplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quæ prima abierunt. Sur. in vit. tom. 1.

Illi comitè se præbat S. Maria Ogniacensis: rogata enim, num ex laudibus humanis, aut divinis revelationibus, se vana gloriæ stimulis titillari aliquando sentiret: respondit: Coparatione veræ gloriæ qua ego exspecto, nihil est, aut estimari potest omnis humana gloria, aut prædicatio. Sur. in vit.

Recardus Hiip. rex. Require æternitatis. Amædæus Sabaudia Dux. Vide in pauperes Liberalitas. Item Venatio Tit. Venatio Spirituales.

\* BEATITUDINIS, SIVE GLORIÆ CÆLESTIS DESIDERIUM.

EX S. SCRIPTURA.

Omni prædicationis scopus erat, ut homines beatitudinè consequerentur, & regno cælorum adscriberentur. Unde S. Joannes Baptista primum hortari cepit ad penitentiam: causamque addidit: Propter iniquitatem enim regnum cælorum. Mat. c. 3. Etiam ab hoc Christo prædicationem suam exortus fuit: & toties per parabolas profudit, æternæ damnationis supplicia, & felicitatis post hanc vitam præmia, ut illorum timore correpti, a vitis abstinerent, & ad hæc arripienda, se alacres exhiberent. Unde & merito se idcirco venisse asserbat, ut quæ terret, & saluum faceret, quod perierat. Luc. 16. Hujus gloriæ desiderio æstuabat S. Paulus, cum dixit Capio dissolvit, & esse cum Christo. Et rursus: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus: Vide locum de Martyrio.

HISTORICA.

Etiam Superior Tit. poterit huic argumento deservire. Anno Dom. 992. magnus ille Oivvaldus Vigornienfis in Anglia Episcopus, ubi sedisset annis triginta, ex hac vita sic migravit in cælum. Die quadam (ait fidelissimus scriptor vitæ illius) egressus cum suis ex oratorio, sub dio stans, in cælum intentissimè oculorum aciem defixit, Christum, quem superabat, pro corde & ore attentius orans. Nec verò oculos, ut sic, circumtraxit; sed perinde ac si novi quidpiam cum summa animi voluptate contempleretur, distorsimè in eo, quod intuebatur, defixus fuit. Rogatus, equidnam videret, ita respondit: Contemplor id quod tendo, idque crastino die etiam me tacente, res ipsa vobis declarabit. Æterna namque beatitudo, in terra casta in terribi lucis laboravi, jam instat. Nec ante crastina occumbet lux, quam me in eam Dominus meus, sicuti est pollicitus, introducat. Reverfusque in oratorium, convocatis fratribus, hortatur eos, ut impendant ipsi ministerium factæ unionis cum viatico Domini corporis. Noctè sequente obitus adverte valetudinis suæ, in templum he conuult, officium divinum explevit, & reliqua noctis spatia in Dei laudibus expendit. Mane, solito more, limteo præcinctus pedes pauperum lavit, atque extergens, quindecim Psalmis, quos in illo ministerio dicere solebat, persolutus, subjunxit, Gloria Patri & Filio. Cumque pauperes pro more gratias agentes surgeret, ille autem diceret, Spiritui sancto intente illorum pedes in manus Christi spiritum reddidit. Cum autem corpus ejus ad Ecclesiã, quam cõstruxerat, deferretur, nivea columba de cælo descendens, expansis alis, leniter volati illud protegere visa est. Ignea quoque sphaera cælestis lapsa super feretrum apparuit, depositoque ante altare sacro corpore, visio illa tanquam locum sepulture ejus designatura, ad australem Ecclesiæ plagam juxta altare divergit, sicut ab oculis intuentium subducta est, &c. Apud Sur. die 15. Oct. c. 15. Tom. 5. & Bar. tom. 10. ad ann. 992.

S. Nicolaus Tolentianus, sex totis ante obitum mensibus, paulo ante nocturnas preces, singulari noctibus suavissimum Angelorum concentum audivit, qui illi quasi prægloriosè futura vite præbebat. Itaque quo illum ejus vite desiderio artifice credimus, ad cuius juncudantem tam jucundè invitabatur: Declaravit ipse, qui frequenter illud Apostoli dictum in ore habebat: Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Quin idem etiam, cum resolutionis tempus instaret, in extremo spiritu voces fundere cepit lætantis, atque gesticantis: cujus inultati gaudii cum fratre, qui aderat, causam quaesissent, attonitus ille, vixque sui compos fuit magnitudinis rei; Dominus meus JESUS CHRISTUS, inquit, sanctissima Matris suæ, & Augustino Patris nostri iniquis mihi dicit; Enge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. In quibus verbis ex-

piravit. In vita apud Sur. cap. 11. Sept. die 10.

Imminente die, quo ex hac vita exitura erat Monica D. Augustini mater, apud ostia Tiberina, ubi tunc erat, diu collocata est cum filio de regno cælesti, qualis nimirum futura esset vita æterna Sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Lubiantes ore cordis in superna fluenta fontis vite æternæ perambulabant gradatim cuncta corporalia, & ipsum cælum, undè sol & luna & stellæ lucent super terram, attingentes regionem ubertatis indeficientis, ubi Deus pacificus israel in æternum veritatis pabulo, ubi vita sapientia est, per quam fiunt omnia ista, & que fuerunt, & que futura sunt, &c. His itaque & aliis inter se dictis, & mundo ipsi inter verba viscente cum omnibus delectationibus suis, tunc illa ait Fili, quantum ad me attinet, nulla jam re delector in hac vita. Quid hic faciã adhuc, & cur hic sim, nescio, jam consumpta spè hujus sæculi. Unum erat, propter quod in hac vita aliquantum immorari cupiebat, ut te Christianum Catholicum viderem prout, quam moretur. Cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, ut te, etiam contempta felicitate terrena, servum ejus videram. Quid hic facio? Et cū illa, absente filio, ibi ageret cum quibusdam amicis de contemptu vite hujus & bono mortis: illis stupentibus virtutem fæmine, quarentibusque, utrum non formidaret tam longè à sua civitate corpus relinquere? Nihil, inquit, longe est. Deoque timentis est, ne ille non agnoscat in fine sæculi, inde me respiciet. Ergo die nono egredietur hinc, quin quagesimo, & sexto anno ætatis sue, trigesimo & tertio ætatis mee, anima illa religiosa & pia corpore soluta est. D. Aug. 19. Conf. c. 10. & 11. Ignatius Lojola, Societatis Jesu Institutore, tam ardentè desiderio tenebatur ex hoc carcere & vinculis evadendi ad Christum, ut quoties de morte sua cogitaret, temperate sibi à lacrymis præ lætitia non posset: Dissolvi enim, & esse cum Christo, multò magis melius sibi existimabat. Neque verò, ut tumulum suum bonum consequeretur tantum, & in beatissima illa visione quiesceret, Christi videndi desiderio flagrabat: sed quemadmodum amici expectare presentiam amicus solet) ut jucundissimo, multoque felicissimo illius perfrueretur aspectu. Petr. Ribaden. lib. 5. de vita ejus cap. 1.

Basilius Imper. ita filium adhortatur: Obnoxius es mortis corpore, sed animo permanebis immortalis. In is er go que corporis propria sunt, mortale capias: in is verò que animi, G immortalè amplectere: mundum istum corruptibilem corpore mortali animo verò beatitudinem æternam atque incorruptibilem, quasi immortalis: est enim modò in sublimè solum elatus es, post aliquantum tēporis tamen ab eo descendes: si totum orbem terrarum tuæ ditioni subjugaveris, post mortem elatus es, post aliquantum tēporis tamen ab eo descendes: si totum orbem terrarum tuæ ditioni subjugaveris, post mortem tamen non amplius quæ pedes quatuor & semissem occupabis. Promittè cura regnum hoc terrenum, quasi mortalitatis: sed enitere, ut immortalè acquiras per virtutum adoptionem, quasi immortalis. Propterea enim terrena potentia donatus es, ut per eam cælestè atque æternam dominationem acquiras, &c. Nequiliendum D. Nazanz. Carm. 3. Præcep. Virg. ita canens: Durum iter & salebris infestis carpe libenter, Conscendensque vido, ne quid vestigia fallat: Quamvis Vi tibi propositam pedibus contingere metam, Denur inoffensus, perque arctam tendere portam, Ad sedes superas, ubi gloria, luxque perennis, Et jucunda quies nullo interrupta dolore.

Si metuis, stipulam quia parvulus excitat ignis, Pone metram, flammam ingentem tibi cælicus imber, Sopiet, atque preces, gemitus, lacrymæque diurna, Atque graves juris noctes, torisque supernæ omnia, Ad regem contentus amor, sedesque beatus, Quin & Prudentius contra Marcionitas scribit: Atque At diversæ procul regionibus in Paradisi, Premia constituit majestas magna futuri, Spiritibus parvis, & ab omni labe remotis, Quaque Gemortheas non respexere ruinas, Quaque Adversis sed vite oculis post terga venetas, Liqverunt miseri, propter anodo pericula mundi, Ac primam facili referuntur ad astræ volatus, Unde flueni anima fructum vegetaverat Adam, Nam quia naturam tenuem declivis vite, Pondera non reprimunt, nec ardat ferrea compes, Concretum celeri relogens, secat aer lapsu, Excuperatque pulvis fervens, scintilla remensum, Carceræos exosa situs, quibus hæserat exul, Tunc postlimino redeunt em suscipit alto Cæna fides sycemio, tenerisque oblectat alumnæ Delicias, multos post diversoria carni.

Or.

**A** Ore renary autem querulo quos passa labores.  
 Illic purpureo latus ex porrecta cubili  
 Floribus æternis spirantes libat odores,  
 Ambrosiumque bibit roseo de gramine rorem.  
**BEATITUDINIS ENCOMIA, EJUSQUE**  
 felicitas & gaudia, ex sententia SS. Patrum, cum  
 Græcorum, tum Latinorum.  
*In gratiam Concinatorum adjecta.*

Ut tantò ardentibus cum in nobis, tum in aliis, patrie celestis, ad quam conditi sumus, desiderium ex citemus, vitam fuit in gratia Concinatorum, præstantiora quædam SS. Patrum testimonia hic adjicere, quibus illius immensa felicitas, felixque immensitas commendatur. Ducat hoc agmen S. Cyprianus ita scribens: Quibus inquisitus fuit semper Deus, aut totus nunquam excidit Christi locus, ubi jacet gratia, ubi virentibus campis terra luxurians alumno se induit gramine, & redolente pascitur flore: ubi altum nemora tolluntur in verticem, & ubi arbor densiore coma vestit, quicquid curvantibus ramis scena dejacens innumbrat. Omnia illic non frigoris, sed ardoris, nec ut in autumno arva requiescant, aut ut iterum vere novo tellus fecunda parturiat. Unius cuncta sunt temporis: Unius poma feruntur ætatis. Quippe quum nec mensibus suis tunc Luna deseruiat, nec Sol per horarum momenta decurrat, aut in noctem lux fugata concedat. Habet populos quies lata, sedes tenet placidas, ubi fons securitatis medius sicut alvi prorumpentis emergit, & rivo per intervalla circuitu sinuosis flexibus labitur, ut in ora nascentium sibi fluminum dividatur: & iterum.

Exultabant sancti in gloria, videbant Deum, & gaudebant, lætabantur, delectabantur, fruuntur gloria, & in felicitate jucundabantur æterna. Ibi non gustabunt, quam suavis sit Deus sed implebuntur & satiantur dulcedine misericordie: nihil eis deerit, nihil obierit, desiderium eorum Christus præfens implebit. Non senescunt, non tabescunt, non putrescent amplius, perpetua sanitas, defectus æternitatis, beatitudinis illis sufficientia confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris, non ultra ulla exurgit rebellio carnis, sed totus status hominis pudicus & pacificus, fama ex integra natura, sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erat denique Deus omnia in omnibus, & illius præsentia omnes anime & corporis implebit appetitus, cessabantque de cetero, consummatas omnibus, ministratorii Angelicarum virtutum discursus: & impleta ordinataque omnino civitate Dei, nec innovabitur, nec mutabitur ultra fixa & consummata beatitudinis status.

Christus nobis vitam vitæ aperit, hic ad paradysum reduces facit, hic ad cælorum regna perducit: cum ipso semper viveamus facti per ipsum filii Dei: cum ipso exultabimus semper ipsius perpetua sanitas, defectus æternitatis, beatitudinis illis sufficientia confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris, non ultra ulla exurgit rebellio carnis, sed totus status hominis pudicus & pacificus, fama ex integra natura, sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erat denique Deus omnia in omnibus, & illius præsentia omnes anime & corporis implebit appetitus, cessabantque de cetero, consummatas omnibus, ministratorii Angelicarum virtutum discursus: & impleta ordinataque omnino civitate Dei, nec innovabitur, nec mutabitur ultra fixa & consummata beatitudinis status.

**D** Christus nobis vitam vitæ aperit, hic ad paradysum reduces facit, hic ad cælorum regna perducit: cum ipso semper viveamus facti per ipsum filii Dei: cum ipso exultabimus semper ipsius perpetua sanitas, defectus æternitatis, beatitudinis illis sufficientia confirmabunt. Non erit concupiscentia in membris, non ultra ulla exurgit rebellio carnis, sed totus status hominis pudicus & pacificus, fama ex integra natura, sine omni macula & ruga deinceps permanebit. Erat denique Deus omnia in omnibus, & illius præsentia omnes anime & corporis implebit appetitus, cessabantque de cetero, consummatas omnibus, ministratorii Angelicarum virtutum discursus: & impleta ordinataque omnino civitate Dei, nec innovabitur, nec mutabitur ultra fixa & consummata beatitudinis status.

S. verò Gregorius ait: In æterna vita nullum habebimus ad veritatem, nullum metuemus inimicum, quum absorbebit mors in victoria, cum illa novissima inimica destruetur mors, cum immutata fuerimus, & æquales Angelis effecti. Modò enim nihil quietis aut securitatis invenire possumus, dum adhuc in nobis ipsi ingemiscimus gravati, adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tum nulla erit diabolice fraudis impugatio, nullum hæreticæ pravitatis dogma,

nulla infidelis populi impietas, omnibus ita pacatis & compositis, ut in tabernaculis justorum sola audiat vox exultationis & salutaris. Ibi Sancti sine fine laudabunt Deum, & in lumine claritatis ejus exultabunt, civis effecti illius civitatis, quæ libera est, & æterna in cælis. Quam non obscurant tenebræ, non obumbrat nox, non consuntur vetustas, non in ea rutilat lumen Solis, aut Luna splendor, non in ea stellarum jubar: non ibi lucerna queritur, non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe divina eam illuminat, Sol clarificat justitiam, lux vera illuminat: lux, inquam, inaccessibilis, quæ non clauditur loco, non finitur tempore, non obumbratur tenebris, non variatur nocte. Hoc immenso & indeficiente, & lucidissimo lumine illustrata Hierusalem sancta, quæ est mater nostra, filios repit, tenebrarum civis abdicat, pacificat filios videlicet lucis & diei, filios adoptionis, confortes superne hereditatis. Nullus in eam ingreditur impius, nullus habitat iniquus, nullus intrat immundus. Muri ejus ex lapidibus constructi sunt vivi, portæ ejus ex optimis adamantis margaritis, plateæ ejus ex auro purissimo sternuntur, & canticum lætitiæ sine fine in ea canatur. Ibi est lux sine defectu, gaudium sine gemitu, desiderium sine pena, amor sine tristitia, satietas sine fastidio, sospitas sine vitio, vita sine morte, salus sine languore. Ibi sancti & humiles corde, ibi spiritus & anime justorum, ibi cuncti celestis patrie civis, & beatorum spirituum ordines, regem in decore suo videntes, & in gloria virtutis ejus exultantes. Perfecta viget in omnibus claritas, una omnium lætitia, una jucunditas, in 7. Psalm. Pæn.

Item: Si consideremus, quæ & quanta sunt, quæ sanctis dabantur in die iudicii, quæ & quanta quæ nobis promittuntur in cælis, vilescunt omnia quæ habemus in terris. Terrena namque substantia, æterna felicitate comparata, pondus est, non subsidium. Homil. 37. in Evang.

Temporalis vita æternæ comparata, mors est dicenda potius quam vita: Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud, quam quædam prolixitas mortis? Quæ autem lingua dicere, vel qui intellectus capere sufficit, illa superne civitatis quanta sunt gaudia, Angelorum chorus interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, presentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis dolore affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Idem ibid.

Audiamus etiam Basilium hoc modo loquentem: Vita hominum per multas mortes, non solum in ætatis mutationes, sed etiam in animalium ruinis ob peccata admittitur. In vita æternæ vere nec corporis, neque animi est mutatio: non est item cogitationum controversia, neque sententiæ varietas, nulla perturbatio stabilitatem tranquillitatemque animi auferente. Ea demum est regio vivendum, qui continuo sibi ipsi æqui ac similes exsunt: in qua non nox, non somnus, mortis imago, non cibus aut potus humane infirmitatis præsidia, non morbus, non dolor, aut medicina, vel iudicia, seu meratus, non artes, non pecunia malorum origo, bellorum materia, inimicitie radix: sed regio vivendum, non morientium ob peccatum, sed veram vitam vivendum, in Christo Jesu Domino nostro. Basil. in Ps. 44.

Similiter scribit Greg. Nazianz. Una vita est ad vitam respicere. Una mors peccatum est: est enim anime interitus. Alia autem, ob quæ nonnulli animis effertur, in somnionum visio sunt, veris rebus illudens, & fallacia anime spectra. Si hæc mente fuerimus, nec ob vitam presentem animum atollemus, nec ob mortem nimium angemur. Quid igitur grave nobis accidit, si hæc ad veram vitam migrabimus, si conversationibus, vertiginibus, saturitatibus, ac turpi illa tributi exactione liberat, cum stabilibus rebus, minimeque fluxus & caducis, parva lumina futuri sumus circum lumen illud magnum tripudiantes? Nazianz. orat. 19.

Squoque Ambrosius celestem hanc Ambrosiam degustandam proponit, dicens: Accipe, quando promittitur futura gratia justorum: Audivi, inquit Joannes, vocem magnam de celo dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, & ipsi populi ejus erunt, & ipse Deus cum illis erit locorum Deus: & delebit omnem lacrymam de oculis eorum: & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor ultra erit. Comparat nunc, si placeat, quæ contende vitam hanc cum illa vita. Elige, si potes, perpetuam corporis vitam in labore, ærumnaque miserabile tantarum commutationum, votorumque tædio, fastidio voluptatum. Nam si Deus ista perpetuare velit, illa diligeres. Nam si per se ipsa vita fugienda est, ut sic molestiarum fuga, requies

A requies ærumnarum, quanto magis ea requies est expectanda, cui futura resurrectionis voluptas perpetua succedet, ubi nulla criminum series, nulla illecebra delictorum? Ambros. lib. de resurrectione carnis.

Cæretum cum non minus illustrata sint, quæ de eadem superne Hierusalem felicitate scripturæ. Sancti Augustinus & Bernardus, & eaque variis scriptum operum locis insperserint, nos quadam hic prioribus subsicij duximus, ut delectu habito, plus Lector legere valeat, quod palato cordis tam sui, quam suorum, magis sapere perpexerit.

Et primum quidem S. August. l. lli. cæli superiores, ignoti nobis in terra laborantibus, & per humanas conjecturas utcumque ista querentibus, quomodo sint super se invicem, vel quot sint, vel quibus modi distincti sint, quibus incolis impleti, qua dispositione regantur, quomodo ibi unus quidam hymnus indeficenter concinens, ab omnibus prædicet Deum, multum est ad nos invenire, fatigamus tamen pervenire. Ibi est enim patria nostra, quam longa fortasse peregrinatione oblitus sumus. In Psalm. 31. Conc. 2.

Audiamus & desideremus videre, unde civis sumus nos, & quomodo in nobis reformetur amor patrie & civitatis nostre, quam diuturna peregrinatione oblitus fueramus. Misi quippe inde ad nos epistolæ pater noster, ministravit nobis scripturæ Deus, quibus epistolæ serier in nobis redendi desiderium: quia peregrinationem nostram diligendo, ad hostes faciem posteramus, & dosum ad patriam. In Psalm. 64.

Te decet hymnus, o Deus, inquit propheta: sed ubi in Sion (quæ interpretatur pœculatio) id est, visio & contemplatio. Nescio quod nobis in vita æternæ promittitur spectaculum, & hoc ipse Deus est, qui condidit civitatem in Babylone non decet. Etenim quisque cum cæperit innovari iam corde in Sion & Hierusalem cantat, dicente Apostolo: Convertatur nobis in cælis est. In carne enim ambulantes, inquit, non secundum carnem militamus. Jam desiderio ibi sumus, cum spem in illam terram, quasi anchoram, præmissimus, ne in isto mari turbati naufragemus. Quemadmodum ergo denavæ, qui in anchoris est, rectè dicimus, quod jam in terra est, adhuc tamen fluctuans, sed in terra quodammodo educta est contra ventos & tempestates: sic contra tentationes hujus peregrinationis nostre, spes nostra fundata in illa civitate Hierusalem facit, nos non abtupi in saxa. In eundem Ps. 64.

Quamdiu sumus in corpore, inquit Apostolus, peregrinamur à Domino. Quodlibet ergo hic abundet, nondum sumus in illa patria, quod rectè festinamus. Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Si dulcis est patria, amara est peregrinatio. Si amara est peregrinatio, tota die tribulatio. Quod non erit tribulatio quidam in patria delectatio. In Ps. 85.

Inimicus ille qui modo invidet, ne ad illam patriam veniamus, illic cuiquam invidiam non poterit, quia nec esse ibi permittetur. Si enim modo excluditur de corde credentium quomodo non excludatur de civitate viventium? Quid erit? quid erit (rogo) esse in illa civitate, de qua loqui tantum gaudium est? Hinc futura vitæ corda præparare debemus. Quisquis ei cor præparavit, totam istam presentem vitam terrenam & caducam contemnit. In Ps. 147.

6. Nondum sumus in patria: quando erimus in patria, & quando triumphabimus de victo inimico, & insidiatore diabolo? In Ps. 148.

7. Si a parte homine peregrinatus, miser esses à Domino peregrinatus, & felix es? Qui autem intelligit, in qualibet circumfluentia copiarum & voluptatum, quamvis ad nutum cuncta deseruiat, quamvis nihil molestum irrepit, nihil adversum terreat: tamen in malo se esse, quamdiu peregrinatur à Domino, acutissimo oculo vident tribulationem & dolorem invenisse. In Ps. 83.

8. Hoc ipsum quod cum Deo nondum sumus, hoc ipsum quod inter tentationes molestiasque versamur, quod sine timore esse non possumus, maxima tribulatio est. Non enim est illa securitas, quæ nobis promissa est. Hanc tribulationem peregrinationis lux qui non invenit, ad patriam redire non cogitat. Certe modo facimus bona opera, quando porrigimus panem esurienti, domum peregrino, & contulatio est hæc. Invenimus enim misericordiam, super quos misericordiam facimus. Et si misericorum misericordia facit nos compatiētes: quanto melius ibi jam essemus, ubi non invenis eluciantem quem pascas, ubi non invenis peregrinum quem suscipias, non nudum quem vestias, non ægrotum quem visites, non litigantem quem concordet? Omnia enim ibi summa sunt, vera sunt, sancta sunt, æterna sunt. In Psalm. 49.

9. Quid dicis, In vita æterna nulla sunt bona? Inò verò E ibi sola sunt bona, non malis mixta bona, in quibus gaudeas quantum vis, & nemo dicat tibi, Tempora te. Hic autem de bonis terrenis gaudere molestum est, & periculosum nimis: ne sic gaudeas ut hæreas, & gaudendo male peareas. Nam unde Deus miscet tribulationes gaudis terrenis, nisi ut tribulationem sentientes & amaritudinem, amare & desiderare æternam dulcedinem discamus. In Psal. 137.

10. Gemimus in peregrinatione hæc, exultabimus in patria. Qui autem non gemit peregrinus, non gaudebit civis: quia desiderium non est in illo. In Psal. 138.

11. Paucis diebus hic vivimus & transimus. Inquilini enim hic sumus: habitatores in cælo erimus. Ibi es inquilinus, unde auditurus es vocem Domini Dei tui, dicentis, Migra. Nam de domo illa æterna in cælis, nemo te jubebit migrare. Hic ergo inquilinus. Unde etiam dicitur in Psalm. inquilinus ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hic ergo inquilini sumus: ibi Dominus nobis mansiones dabit æternas. Multæ sunt, inquit Christus, mansiones apud Patrem meum. Mansiones illas non tanquam inquilinus dabit, sed tanquam civibus in æternum mansurus. In Psal. 60. F.

12. Ibi sunt & Angeli concives nostri. Sed quia nos peregrinamur, laboramus: illi autem in civitate expectant adventum nostrum. De illa civitate, unde peregrinamur, litteræ nobis venerunt: ipse sunt scripturæ, quæ nos hortantur ut bene vivamus. Quid dicam venisse litteras? Ipse rex descendit, & factus est nobis via in peregrinatione, ut in illo ambulantes, nec erremus, nec deficiamus, nec in latrocinantibus incidamus, nec in laqueos irruamus, qui ponuntur juxta viam; sed ut ad illam civitatem perveniamus. Ambulantes ergo in Christo & adhuc peregrinantes, donec perveniamus, & suspirantes desiderio cuiusdam ineffabilis quietis, quæ in illa civitate habitat, nos avertat inimicus à via, ut qui colligit, nos tanquam pullos suos sub alis suis fovcat nos: absteremus ab alis ejus, ne accipiat æthereus capiat implumes adhuc pullos. In Ps. 86. 89. 90.

13. Finita via, habitabimus in illa civitate, quæ nunquam ruitura est, quia & Dñs habitat in ea, & custodit eam, quæ visio pacis æternæ Hierusalem, pacis illius, cui laudande lingue non sufficit. Ubi nulli hoste jam sentiemus, nec in Ecclesia, nec extra Ecclesiam, nec in carne nostra, nec in cogitatione nostra. G. Abhorbebitur mors in victoria, & vacabimus ad videndum Deum in pace, facti civis Hierusalem, civitatis Dei. In Ps. 134.

14. Quæ lingua docere, vel quis intellectus capere sufficit, illa superne civitatis quanta sunt gaudia, Angelorum chorus interesse, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, presentem Dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Serm. 181. de tempore.

15. Non qualis est ista vita, ita invenietur & illa. Quantum autem distat inter hæc & illam? Hic salutas, ibi veritas. Hic perturbatio, illic fida possessio. Hic pessima amaritudo, illic sempiterna dilectio. Hic periculosa elatio, illic est securitudo exultatio. Hic timetur, ne qui erat amicus, efficiatur subdolo inimicus: illic semper qui est manet amicus, quia nullus illic admittitur inimicus. Hic quidquid est bonum, timetur ne pereat: illic quidquid accepit, ab illo servabitur, qui fecit, ut ne tu transeas, & quod accepit, non amittas. Hic mors, ibi vita. Hæc omnia quæ creavit Deus, illic ipse pro omnibus & in omnibus Deus, & quæ Deo digna dicuntur: si tamen aliqua dicuntur. Non enim sufficit humana lingua laudare, quod sensus mortalium non valet comprehendere. Ibi videbimus, quod oculus non vidit: ibi audiemus, quod auris hic non audivit. Ibi intelligemus, quod cor humanum comprehendere hic non valebat: videntes scientesque exultabimus inenarrabili gaudio. Et quale gaudium erit, ubi nullus erit angor? Quale gaudium erit, cum te videris socium esse angelorum, participem regni cælorum, regnare cum rege, nihil concupiscendo omnia possidere, sine avaritia divitem, sine pecunia administrantem, sine successore iudicantem, sine metu barbarorum regnantem, sine morte æterna vitam viventem? Orat. contra Paganos, Judæos, & Arianos, c. 21.

16. Angeli in celo laudant Deum, videntes ipsi speciem veritatis, sine ulla caligine visionis, sine interpolatione aliqua falsitatis, vident, diligunt, laudant, non fatigantur. In Ps. 56.

17. Omnis numerus sanctorum ex hominibus, commutandorum ut fiant æquales angelis Dei, adjuncti etiam ipsis Angelis, qui modo non peregrinantur, sed expectant nos, quando à peregrinatione redeamus: omnes simul unam domum Dei faciunt, & unam civitatem. Ipsa est Hierusalem. In Psal. 126. 18. In



A nubes lucida in modum solis globosa, nec secus ac sol emittens fulgorem ingentem. Eodem modo insigni luce coruscus aliquando in locis semotis visus est verba facere cum Jesu, MARIA, & Joanne Evangelista, innumeris Angelis praesentibus. Rufus autem loqueretur de rebus caelestibus ad mentem, si qui aderant, abstracti sunt omnes a sensibus, visa omnia circum circa ardere, & ingens undique incendium excitari. Accurrit undique Assinates, ignem nullum vident, cuncti in obtutu divinorum defixi. *D. Bonaventura in vita ejus.*

Nocte quadam S. Hereberto orante, & cunctis circa ipsum dormientibus, lumen, quod de more coram ipso positum fuerat, ut toto noctis spatio luceret, extinctum est. At domesticus ejus clericus, repente somno excitatus, confurgens, & hac illacque sub horridulo silentio circumspiciens, dum pro recuperando lumine sollicitus trepidat, rem divinam & memoria dignam, ut ipse cum juramento testabatur, conspicatus est. Nam inter ipsas noctis tenebras, ecce de lectulo, in quo B. Pontifex pervigil orabat expansis manibus, lux inmensa refulsit: cujus etiam magnitudine invalescente, nec manus easdem, ut ipse fatebatur, videre aut discere neque potuit. *In vita ejus apud Sur. 10. 7. Aug. 30.*

Eugenia virgo Romana, Valeriano & Gallieno imperantibus, ob cultum Christi supplicio est ultimo affecta, sed ante deorsum in tenebrosos carcerem, decem dies in eo permansit: quo temporis spatio locus ille, alioquin obscurissimus, perpetua luce semper, die noctuque, coruscavit. *Simeon Metaphrasi. in vita ejus.*

Magister quidam Parisiensis infirmatus, cum de glorificatione corporum cogitaret, & haesitans in corde suo diceret: Quomodo poterit esse, ut corpora fidella, & putrida, lucere possint in futuro, sicut sol ad pedes suos, quos de operimento erexerat, respexit: Et ecce tantus splendor de illis exivit, ut oculi ejus reverberati, eos intueri nequirent: moxque ad se reversus gratias egit Christo, cujus virtute, antequam moreretur, ad finem resurrectionis reductus est. *Ces. lib. 12. mirac. cap. 54.*

Anno 1532. Andreas Spoletinus ex ordine Franciscanorum, Rege Feslae in Mauritania, & Principibus multis praesentibus, ut palam faceret esse veram Christi doctrinam, quam praedicabat, undique flammis est circumdatus, & illaesus in iis diu permansit. Quocirca Mahometani lapidibus in eum coniectis furentissimè illi mortem attulerunt, populo qui eo confluerat, ex omni parte rem spectante. *Th. Boz. de Sign. Eccl. 1. 15. c. 5.*

Petrus Igneus, Alexandro secundo sedente, cum Florentini in duas essent partes divisi, & altera schismaticis, haereticisque, Petro Episcopo duce, adhereret, altera Alexandro secundo: ut offenderet Alexandrum verum Pontificem, Christiane Viciarum, Missa celebrata, accepta; ab Abbate Joanne Gualberto benedictione, solo indusio tectus, nudisque pedibus, inter duas strues ardentium lignorum, longas decem brachia, altas propè & latas, quinque lento gradu, flammis mediam viam undique cooperientibus, illaesus, laetisque, rota urbe inspectante incessit, cunctisque obstupefactis, veritate maximo miraculo comprobavit. *Idem lib. 9. c. 5.*

S. Franciscus Assisus, cum mulier quaedam Saracenicæ superstitionis in Syria vellent eum ad illicita perpetranda pellicere, maximam vim eandentium prunarum, que aderant, per pavimentum longe latè que dispersit; deinde super eas accubuit: & cum nihil damni pateretur, mulierem, ut idè faceret invitavit. Illa, te mirabili obstupefactis, sanctimoniamque viri suspiciens, Christo nomen dedit. *Bonavent. in vita ejus.*

S. Dominicus Praedicatorum Pater, cum iter faceret una cum quodà ex ordine Cisterciensi, ac de via sessus pervenisset ad eadem quandam undique, oculos, precibus se dedit, ac protinus nullo aditu patefacto, mirabiliter ipse, & comes ejus intus se collocatos viderunt; quod in ejus vita Joannes Antonius Flaminius refert. *Idem. Anto. Flaminius in vita S. Domin.*

Illud, quod antiquitus accidisse scribit Simeon Metaphrastes, omnè superat admirationis modum. Morabantur Edeffe praesidii causa nonnulli milites Gothi; ex his quidam amore captus puellè formosè, cepit eam miserimè deperire. Cum nulla daretur via, qua posset ea potiri, in conjugio sibi illa dari efflagitavit. Virginis mater ac propinqui reclamare & negare puellam se dare posse conjugem, alibi forte conjugato & liberos habenti. Gothus amore puellè dementatus, nec Deum timens, omnibus se diris ac imprecationibus devoverit sibi uxore unquam fuisse, nec liberos, simul; puellè matri, & propinquis dona & pretiosa ornamenta cotulit: donec emollita mater, consentit in nuptias filiae cum Gor-

tho. Nec ita multò post Romani qui urbem munebant, egressum cogitarent, & cum eis Gothus Eupheniam (id puellæ nomen) abducit, dato ad SS. Samonis & Guriae campum juramento, quòd bene ac conjugem habiturus esset. Sed ut domum appropinquaret, mandat, ut se pro se serva gerat, alioqui sciat, se illos trucidandam. Misera ad suos Sanctos confugit. Adstiteri illi in luculentissima veste, ac bono animo esse jussurunt, & somno placido corptam (dictum mirum) brevissimo temporis spatio, è remotissima regione, obscurato sepulchro, eductam rederunt in patriam suam. Quòd rerum tantarum ignarus Gothus postea rursus venit, agnitusque, & nequidquam multa comminacens, supplicio est ultimo affectus. *Simeon Metaphrasi. apud Sur. tom. 6. Novemb. 15.*

Quirinus martyr, ut scribit Prudentius, & Eusebius in Chronicis, anno trecentesimo decimo quarto, alligatus ad saxum, demersusque in flumen, enavit, & placidè super aquas ambulavit, sustinentibus saxum, ferentibusque undis.

Narrat post Palladium Sozomenus, Ammonem monachum una cum Theodoro discipulo iter aliquando fecisse; cumque transfurari essent ambo nescio quod flumen satis profundum, nudare iura corpora crudeliter, ne alterius oculis paterent. Rogavit Ammon Theodorum, ut paulisper abcederet, & oculos averteret. Id cum egisset ille, pudebat tamen Ammonem semetipsum intueri nudum: quod cum secum cogitaret, divina virtute in ulteriorem ripam continuo est translatus. *Sozomen. lib. 1. c. 14.*

Conradinus quidam cum fuisset in vincula coniectus à Bononiensibus, quòd eos in Pontificem contumaces sepe injurgaret, ac totum se precibus dedisset in carcere, raptus est in sublime. Quod à cunctis custodibus observatum, & à plurimis conspectum, fuit in causa, ut à carcere educeretur. *Thom. Boz. lib. 15. de Sign. Eccl. c. 6.*

\* BEATITUDINIS OBTEŒTA PRÆMIA, ET MAGNITUDO OSTENSA.

EX SCRIPTURA.

Rex Assuerus, qui regnabat ab India usque ad Æthiopiā super centum viginti septem Provincias, grande fecit convivium cunctis Principibus, & pueris suis forissimis Persarum, & Medorum in elytris, in civitate Susan, per spatium centi octuaginta dierum, idque cum omni splendore, sumptu, & magnificentia regia, ut ostenderet divitias gloriae regni sui, & magnitudinem potentiae suae. Sic supremus ille Rex, qui insinuat potes est, decrevit celebrerimum institueret convivium in caelo per omnem aeternitatem, ut offenderet in illo immensitatem divitiarum, sapientiae, liberalitatis, & bonitatis suae. *Es. lib. 1.*

Christus promittit latroni in cruce pendenti, & jam moturo, vitam aeternam, dicens: Hodie mecum eris in paradiso.

B. Stephanus in medio martyrii certamine, ac lapidum grandine, videri caelos apertos, & Jesum stantem, eum ad constantiam animantem; vitæque aeternae cupidus dicit: Domine Jesu, accipe spiritum meum. *Act.*

EXEMPLA HISTORICA.

B. Antonius Abbas anno integro oraverat, ut ipsi revelaretur locus justorum, qui ad peccatum. Vidit autem Gigantem nigrum altissimum, qui ad nubes usque pertingebat; habebat autem manus ad caelum usque extensas: infra verò erat lacus, qui mare aequabat magnitudine. Vidit quoque animas tantquam aves sursum volantes, & quæcunque ejus manus & caput super volabant, servabantur ab Angelis; quæ autem à manibus ejus verberabantur, incidebant in lacum. Ad eum itaque vox pervenit, quæ dicebat: Quas vides animas super volasse caput Gigantis & ejus manus, eae sunt animæ justorum, quæ ab Angelis servantur in paradiso: quæ autem à manibus ejus percipiuntur, eae in inferno demerguntur, quia attractæ fuerunt à voluptate carnis, & otium lecite sua. *Pallad. in bist. SS. Patrum c. 27.*

Cum SS. Tiburtius & Valerianus fratres ad martyriū ducerentur, Maximus Praefecti cornicularius compassionem motus sebat, videns eos ad mortem letos propterea. Cui Tiburtius: Nisi nos, inquit, certissimè didicissimè, alteram vitam esse perpetuam, nunquam istam amittere gauderemus. Ad Maximus, Contemneris, ait, & ego vitam hanc, si certum esset, quod loqueris. Tum Valerianus. Si promittis penitere, facit te Dominus certum de his in hora, qua pro tui nominis confessione tunicas istas corporales deponemus. Quod cum Maximus iurejurando promississet, ac paulo post Sancti martyrium susceperunt, vidit Maximus Angelos Dei fulgentes sicut sol, & animas eorum egredientes de corporibus, quasi virgines de thalamo ascendentes ad caelos. Hujus igitur tanta felicitatis spe erectus Maximus, Christi fidem

con-

A constantissimè professus, forti & invictò animo crudelissimum pro fide, maximeque diurnum supplicium pertulit: tandem enim à Praefecto plumbatis caedi iussus est, quo usque spiritum exhalaret. *Ex vita ejus apud Sur. Lud. Gran. con. 3. Dom. 2. Quad.*

Scribit Greg. Turon. lib. 7. Hist. Francorum, sanctum Salvadium Abbatem, post peractam in magna austeritate vitam, ad aliam emigrasse non sine magno monachorum ejus, genitricisque suæ desiderio. Mane itaque factò, & funeris officio praeparato, corpus moveri cepit in feretro. Et ecce macio rubelcentibus, vir quasi de feretro somno suscitatus excutitur, aperitque oculis & manibus elevatus, ait: O Dne misericors, quid fecisti mihi, ut me in hunc tenebrosam mundanae habitations locum redire permitteres, cum mihi melior esset in caelo tua misericordia, quam istius mundi vita nequissima? Stupentibus autem suis surgit de feretro, & triduo abique cibi & poculi pestiferi alimento. Die autem tertio convocatis monachis & matre, ait: Audite, o dilectissimi, & intelligite, quia nihil est, quod certius in hoc mundo, sed fuit, iuxta id quod Salomon Propheta cecinit, omnia vanitas, & cinis enim est, qui ea agere potest in faeculo, ut gloriam Dei cernere mereatur in caelo. In hac die, tunc à fratribus interrogatus, ut quæ vidisset, exponeret, ait: Cum me ante hos quatuor dies, contemnitentem cellula, exanimem vidisset: apprehensus à duobus angelis in caelorum excellentia sublatum, ita ut non solum hoc squalidum saeculum, verum etiam solem ac lunam, nubes & sidera sub pedibus habere putarem: deinde per portam luce ista clariorem introductus sum in illud habitaculum, in quo omne pavimentum erat quasi aurum argenteumque tenens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis, quam ita multitudo promiscui sexus extobterat, ut longitudo ac latitudo caeteræ prorsus provideri non posset, & c. Ibi etiam me peccatorum salutabant humiliter viti in veste sacerdotali ac saeculari, quos mihi duo Angeli, qui praecedebant, enarraverunt esse Martyres ac Confessores, quos ibi summo exolebant famulari. Stans igitur in loco, in quo iustus sum, operuit me odor nimiae suavitatis, ita ut hac suavitate resectus nullum adhuc cibum potumque desiderarem. Et eraudivi vocem dicentem: Revertatur hic in saeculum, quoniam necessarius est Ecclesiis nostris. Vox enim audiebatur; nam qui loqueretur, penitus cerni non poterat. Ego prostratus super pavimento cum fletu dicebam: Heu, heu Dne, cur mihi hec ostendisti, si his fraudandus eram? Ecce hodie ejicis me à facie tua, ut revertar ad saeculum fragile, & huc ultra redire non valeam. Ne, queso, Domine, alteras misericordiam tuam à me; sed despicere, ut permittas me hic habitare, ne illud desiderem perire. Et ait vox, quæ loquebatur mihi: Va de pace, ego enim sum custos tuus, donec reducam te in hunc locum. Tunc relictus à comitibus meis, descendem cum fletu, per portam, qua ingressus fueram, huc sum regressus. *Greg. Turon. 1. 7. bist. Franc. c. 1.*

Quanta fuerit, & sit gloria B. Thomae Aquinatis in caelis, ostensum fuit hoc cuidam fratri Alberto Ord. Praedicatorum de Brixia. Hic multum secutus est doctrinam S. Thomae, vir plurimum literatus & devotus: & multum eum commendabat de doctrina & sanctitate sua, asserens se pro certo scire esse sanctum in patria: quod ad juratum declaravit per istam, quam habuit, visionem super eo. Cum enim diu desideraret dicere gloriam sancti, & quodam die ante altare Beate Mariae positus hoc potentius & attentius exoraret; vigilanti cum lacrymis in oratione apparuerunt duae reverendae personae mirabili cum splendore & ornatu, quarum una erat in pontificali habitu mitram habens in capite, altera in habitu Fratrum Praedicatorum, quæ coronam habebat auream in capite, lapidibus pretiosis intertextam, & circa collum duas aureolas quasi torques, unam argenteam & aliam auream: in pectore verò, gestabat quasi lapidem pretiosum, qui splendore mirabili plures radios emittens irradiare totam Ecclesiam videbatur: in cappa verò erant inserti per totum lapides pretiosissimi, & scapulae nimio splendore fulgebant. Qui stupens ad pedes eorum se prostravit, petens suppliciter declarari, quæ essent illarum personarum quæ apparuerunt. Tunc illa, qui mitra gestabat in capite, inquit: Quod miraris, F. Alberte? Ego sum Augustinus, Doctor Ecclesiae; qui sum missus ad declarandum gloriam S. Thomae. Is est, qui mecum est, qui doctrinam meam & Apostolicam in omnibus seculis est, & Ecclesiam Dei sua doctrina illustravit. Lapis pretiosus in pectore tanto splendore emittens, signat rectissimam intentionem, quam habuit ad declarationem & defensionem fidei. Lapidibus plures pretiosi, sunt libri, quos edidit. Ipse igitur

mihi par in gloria, virginali me ex cellens munditia, & ego illum pontificali excellentia. Sicque disparuerunt. *S. Antonin. Archiepiscop. 3. part. Chronic. tit. 23. c. 7. §. 12. Anton. Pizaman. Doctor Venerus, de vita ejus.*

S. Ambros. Episcop. Mediolanensis Annatorio aliisque sacerdotibus & omni clero plebis Thebalonicensium scribens asserit, se nosse in caelestibus jam requiescere virum sanctum Acholum, quem in terris illi adhuc requirerent: Queritis, quis hoc annuntiaverit, cum vestra sanctitatis nondum venissent litteræ? Non teneo, respondit, auctorem nuntii, & usum quidem venit, ut non libenter teneamus nuncium multitudinis, sed tam clauso mari, oc cupatis terrarum barbarica infestatione regionibus, cum deesset, qui advenire poterit, non desuit qui nunciaret: ut mihi videatur ipse sanctus annunciasse se nobis, eò quòd jam perpetuo laboris sui errorem ministeria Christo adhaereret, cupiens amantis sui errorem abolvere: ne illi longævitate vitam hujus deprecarentur, cui vitæ aeternæ jam præmia deserebantur. Absit ergo, non obijt, & emigravit à nobis veteranus Christi Jeli caelo, terraque solum istius mutans, & plaudens alis atque remigis spiritualibus dicit: *Ecce elongavi fugiens.* Cuius enim Apostolico spiritu jam dudum terras relinquere, sed tenebatur votis univertorum, sicut de Apostolo legitur, *Quia remorari eum divinus in carne erat Ecclesiae necessarius.* Vivebat enim non sibi, sed omnibus, & populis erat vice aeternae minister, ut prius ejus fructum etiam in aliis quam in se adificeretur. Est igitur jam superiorum incolæ, postquam civitatis aeternae illius Hierusalem, quæ in caelo est. Videt illic ejus urbis mensuram immentam, purum aurum, lapidem pretiosum, lumen sine sole perpetuum, & hęc omnia jam dudum quidem sibi comperat, sed nunc facie ad faciem manifesta videns, dicit: *Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri, quam magna est domus Dei, & quam ingens locus possessionis ejus, magna & non habens finem.* *Divus Ambrosius Episc. lib. 3. epist. 12. edit. Paris. 1602.*

Cum S. Eugenia carcere propter Christum detineretur, non solum caelesti lumine fuit ibi illustrata, sed etiam panis quotidie nive candidior, voluptate autem planè divinus, Serpente ministrabatur: & quod omnium maximum est, Servator ipse ad eam accessit. Ego sum, dicens, Eugenia, qui propter te crucem & mortem sustinui, propter quem tu quoque hæc pati constituisti. Ergo & te maxima amicum gloria, & multis implebo gratiis. Sit autem hoc quoque signum tui honoris: ipse enim dies te transmittet ad vitam supernam, qui me vidit infra adventasse ad homines. Et cum hæc dixisset, ab ea recessit, nec post multa caesa fuit capite. Quantam verò gloriam sit consecuta, sic innouit. Cum enim duobus animi motibus distraheretur mater, & patrum quidem latebatur, quod propter Christum esset sacrificata: fletu autem, quod à filia tali desungeretur, & non moderatè ferret separationem, martyr ei apparuit in formis, adeo quidem splendide vestita, ut nec in eam satis posset conspiciere oculos: talibus verò comitata virginibus, & tam praclaris, ut nulla Regina posset cum eis comparari. Cum sic ergo accessisset, visa est dicere matri: Quorum, o mater, ita te afflicta, multis pro nobis liquefactis lacrymis? Non sunt res nostræ prosequenda stertibus, sed lætitia. Scias enim, quòd ego & pater Philippus vivimus in quadam ineffabili martyrum lætitia, una cum Christo versantes & conregnantes: qui te etiam non multis post diebus ad hanc vitam evocabit. Meis autem fratribus concerva firmum ac stabile, quod est in Christo signaculum, & assidue exhortare, ut sint etiam mihi fratres animis: ut sic totum genus offeramus pulchrum donum Dño. *In vita ejus: 37. apud Sur. 25. Decemb. ex Metaphra. & Alloys. tom. 5.*

Non omittenda videtur hoc loco res memorabilis, quæ Ignatio Loyole Clericorum Soc. Jesu institutori in illa commoratione divinitus accidit: dum enim pro salute Baccalarii Hozii, quem graviter aggrorare cognoverat, Dño supplicaret, repente vidit in spiritu (quod ipsum ibidem D. Benedicto fertur olim in obitu Germani Episc. contigisse) animam loci, cui Patavium provincia obtraxer, luce clarissima radiantem, deducentibus Angelis in sublime ferri, atque ipsa demum caeli beatissima regna conscendere. Eisdem Ignatio paulò post, cum rei factæ daret operam, & in generali confessione (quæ ante missam præmittitur) ad illa verba pervenisset (omnibus Sanctis ejus) magnam Sanctorum numerum fulgentem gloria ante oculos positum vidit, inter quos